

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.  
Zespół (fond) 5.

AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

2013. Zamojski Jan, hetman w. kor. Podpis na Świadectwie Stefana Batorego na zeznanie Jana Tarnowskiego 1581.

***STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE***




STEFANUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae  
 Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, et Princeps Transilvaniae.

SIGNIFICAMUS his literis nostris quorum inter est, uniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus Generosus Joannes Gratus Carnowski de Carnow. Generosi olim Joannis Amor de Carnow Regemendici, filius, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure foro ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus recedendo, illisq; per expressum renunciando, huic vero nostrae iurisdictioni quo ad recognitionem suam praesentem et illius effectum se cum successoribus et bonis suis omnibus, incorporando et subiiciendo, sanus mente ac corpore existens, ultro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere se una cum successoribus suis, certi, veri et liquidi debiti, septingentos florenos pecuniae communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis usitatis computando, Nobili Matthiae Blich Secretario nostro. Quod quidem debitum totum et integrum, obligauit se et suos successores, memoratus Joannes Gratus Carnowski, quemadmodum et praesentibus literis nostris obligat, de et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, hereditarijsq; ac obligatorijs, tam ijs quae ad praesens habet et possidet, quam quae postmodum quauis iuris ratione et modo haberet possideret acquireretue, nullis prorsus exceptis, sumis praeterea pecuniarijs quibusuis, tam paratis quam in quibuscunq; bonis, a quocunq; sibi obligatis et inscriptis, obligandisq; et inscribendis, praefato Matthiae Blich suisq; successoribus, vel ius condescensum inscriptionis istius ab illo habenti, siue etiam suo Impotenti, ad leuandam et percipiendam summam hanc pecuniae, autenticum et sufficiens mandatum ab eodem habenti, parata praesentiq; pecunia, dare, soluere et numerare, ad actaq; Castrensia Capitanealia Sandomiriensia, realiter et cum effectu reponere et relinquere, repositamq; in absentia ipsius Matthiae Blich suiue Impotentis ab officio non effidciubere, feria secunda proximo Sacratissimi festi Paschae proxime in anno sequenti, Millesimo, quingentesimo Octuagesimo secundo, celebrandi, sub vadio summae principalis debiti, correspondente, septingentorum vobis florenorum pecuniae communis, in casu non solutionis debiti, loco et tempore supra scriptis, ab ipso Joanne Grato Carnowski suisq; successoribus, ad soluendum irremissibiliter succumbendo, quodq; in summam principalis debiti conuertetur, atq; constituet summam ipsam principalis debiti, mille et quadringentorum florenorum pecuniae communis, Pro qua summa tota mille et quadringentorum florenorum pecuniae, si idem Joannes Gratus cum suis successoribus se citare permiserit, ad instantiam Matthiae Blich suorumq; successorum, aut ius condescensum inscriptionis hu-

ius ab eo habentis, ad quoduis iudicium siue terrestre siue Castrense, siue etiam nostrum  
Regium post Curiam nostram, aut tribunalis generalis Regni nostri, vel officium Capita-  
neale Castrense, cuiuscumque terrae et districtus in Regno nostro. Ex tunc recedendo, ab  
alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti, cui ratione quorum-  
uis honorum suorum subiacet coram illo ipso iudicio vel officio, ad quodcumque in Regno  
nostro citaretur, et cui se per presentes una cum successoribus et bonis suis omnibus in  
ea causa ratione praemissorum subijcit et incorporat in primo citationis termino tanquam  
peremptorio, quem ipsemet quoque sibi et suis successoribus peremptorium facit, qua-  
uis die, et tamen qua ab exercendis iudicijs vacari consuevit, stare, comparere, ab eo  
demque non discedendo, neque controuersias aliquas cum Mathia Bich suisque succes-  
soribus, siue ius acquisitum ab eodem habente, faciundo, summam suprascriptam mille et  
quadringentorum florenorum debiti una cum vadio coniuncti, totam et integram, parata praesen-  
ti quoque pecunia Mathiae Bich suisque successoribus, aut ius transfusum ab eo habenti, da-  
re, soluere reponere ac numerare tenebitur et debebit, sui quoque successores tenebuntur et  
debeunt, sub simili vadio mille et quadringentorum florenorum pecunia communis, toties quoti-  
es praemissis contrauerit, seorsum ac separatim ad soluendum irremissibiliter con-  
uertendo. Ipsum vero terminum primum peremptorium, tum et alios quoque causas  
eiusdem terminos semper etiam peremptorios, solutionemque debiti ac vadij quoque supra-  
scripti, non poterit Joannes Gratus sui quoque successores, euadere aut saltem differre, vera vel  
simplici infirmitatibus, actione pro maiori bello, colloquio, Conuentu generali et particula-  
ri, bellica generali expeditione, incursione (quod nunquam eueniat) hostium in Regnum  
nostrum, interregno, aura pedifera, inundatione aquarum, fractura pontium, absentia  
sui quacumque ea causa a Regno, seruitio militari et alio quocumque tam nostro quam Rei  
publicae, intra et extra Regnum nostrum, legatione, peregrinatione, successorum minore mita-  
te, et alijs quibusuis legalibus impedimentis, etiam ijs quibus ex legum praescripto, ac  
iuris obseruantia locus in iudicio dari debere. Quibus omnibus tam in genere qua  
in specie, ita tamen ne generalitas specialitati vel haec illi in aliquo deroget, renun-  
ciavit ac praesentibus renunciat, neque se illis in causa hac una cum successoribus  
suis esse usurum obligat. Renunciavit praeterea omnibus appellationibus, prouoca-  
tionibus, motionibus, et ad eas prosequendas citationibus, concitationibus et adci-  
tationibus, Exceptionibus, dilationibus, ac alijs in uniuersum remedijs et beneficijs  
iuris, quacumque in ea causa sibi quouomodo suffragari posse viderentur. Sub-  
mittit quoque se et suos successores, nullos defectus ac vitia huius inscriptioni, ema-  
nata quoque ad eam citationem ac iuris quoque progressui esse obiecturum. Ad quietam  
tionem nusquam dilationem sibi concedi petiturum, Nec quicquam omnino tam iuridice  
quam extra iuridice in auxilium et defensionem istius causae suae esse assumpturum

quod arte, ingenio, ac industria humana committi et excogitari queat, SVB  
amissione totius istius causae suae et successorum suorum. Nulla terrestri  
prescriptione et temporis diuturnitate in ijs omnibus obstante. Quam quidem  
recognitionem nos suscipi et in acta Cancellariae nostrae inscribi mandavimus.  
Decernimusque eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere  
debere. Atque in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum.  
Actum et Datum in Castris ad Plešcoviam die Vigesima tertia Mensis Septembris.  
Anno Domini M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> 1 x xxi<sup>o</sup> Regni vero nostri anno Sexto.

*Joan. Janowski*  
*Cano. H. H.*  
Petrus Joannis ac Magistri Joannis de Jano;  
scilicet D. L. praeami Cancellarii, ac gentis  
Exercituum Regni, Cracovien<sup>is</sup> Vniversi-  
tatis Medici, Jacobi, et Jesouien<sup>is</sup> et Capiti



*Joan. Janowski*

1581.

1581  
F  
Subscriptio  
facta in  
curia  
agnis

Hus Joannes Civitas Tarnow  
Civitas Joannis de Tarnow Czernien  
ski Felix Nbli Mathias Beck fecer  
tano f. R. M. s. p. m. m. a. n. 900 pp  
m. s. b. s.

Infancellaria Regia in  
Casibus ad Plestowiam 23 Urbis  
1581.

Amo

No. 100

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**